



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Hernicvs Canisivs Lectori.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Die XXIX.

Natalis sanctorum Infantum ab Herode interfectorum.


Die XXX.

Commemoratio sanctæ martyris Anysiaz, quæ sub Maximiano Imperatore ex urbe Thessalonica à milite quodam Idolis seruiente, atque ad aram sacrificij offerendi causa attrahente, sanguinem effundere maluit potius, quam Christum abnegare.

Die XXXI.

Commemoratio sancti martyris & Presbyteri Zotici orphanorum nutritoris, qui fuit ex antiquiore urbe Roma, claris ortus parentibus à Constantino Magno in ciuitatem Constantinopolim, vñà cum alijs quibusdam nobilibus ductus.

FINIS.



HENRICVS CANISIVS

Lectori.

**H**E S A V R V M bunc, (ita enim Menologium hoc lectissimum opusculum semper habui) Andree Schotto Societatis IESV acceptum refero, viro de omni antiquitate optime merito. Sed non minores gratiae habenda Reu. & nobili Domino Antonio Velsero Marci fratri, quos quotiescunque nomine, si eos debitiss encomiis ab exquisita & admiranda eruditione repetitis non afficiam, scito causam esse quia illa nomen ipsum præfert. Submisit ergo ille Friesinga tomos Menaorum magnorum, Grace tantum excusos, sine quibus, cc 3 fateor,

sator, nunquam eluissim menda que erant in m.s. apographo. Non  
tamen cum illis solis comparavi hoc Menologium, sed & cum Ty-  
pico Sâbae cum Horologio, Euchologio, Anthologio, Triodio, &  
Paracletice Græcorum, cumq[ue] ijs Græcorum fastis quo Genebrar-  
dus præmisit commentario suo in psalmos. Illustrissimus Baronius  
hoc ipsum m.s. Menologium à Sirleto habuit, quod paſſim tanquam  
peruetustum & optimæ notæ laudat, & ubi Græcorum Menæaci-  
tandas sunt, ferme hoccitat, tam in notis ad Rom. Mart. quam in  
*Annalibus.*

Habuimus in singulos autores huic tomii II. paratas notas,  
& varias lectiones, nominatim etiam illas promissas quibus Q. Hi-  
larion melior fieri poscit. sed quod in editione tomii I. accidit, hoc  
multo magis hic. Exclusit nimurum angustia temporis omnes. Et  
liberanda fides fuit, quam dedimus, to ad nundinas vernas habiturū  
tomum II. Habet illum sed sine notis, quas tamen dabimus in tomo  
III. Nam & tertiu promittimus, ea lege, si tu eruditus Lector iuues;  
iuuabis autē si quæ sunt in sinu tuo & antiquario theſauro promas.  
Dabim⁹ præter cætera, aureū fragmētum Annalium Francicorum  
ab anno 741. vñ ad an. 791. quos Regino Prumensis seu in his toria  
sequentem proficitur. Meminit horum Annalium Pitheciensis etiam  
in inscriptione Vita Caroli Magni, quā inter scriptores Francicos  
dedit, illos tamen appareat eum non vidiſſe.

Dabimus etiam quatuor Orationes in Concilio Basileensibabi-  
tas doctissimas, longissimas; que nusquam vñquam edite. Tres iam  
m.s. possidemus beneficio admodum Reuerendi & Clariſſimi Domini  
Georgij Lauherij; quartam propediem eruendam ex abditis  
bibliothecæ ſpero. Has vbi videris, ſat ſcio, rapies; vbi  
legeris, theſaurum habebis.

\*\*\*\*\*

INDEX